

Mythologia, Venise, 1567 - V, 05 : De Mercurio

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[47\] : De Mercurio](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 05 : De Mercurio](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 06 : De Mercure](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 05 : De Mercure](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 05 : De Mercurio, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 31/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/856>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination134r°-137v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Mercure](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

honor victoribus habebatur, tantaque erat visiticium civitatum lætitia ve multa millia passuum victores ita manibus suorum civium portarentur, ne omnino terram contingerent: neque ingrederentur per portas civitatum, ut reliqui homines, sed pontes illis tumultuarii fierent supra mœnia civitatum; eorumque nomina in foro publico sumptu columnis inciderentur. Primus autem fuisse dicitur Theseus, qui cum venisset in Delum palmam vicioribus proposuerit, ut ait Plutarchus. Alii non illis de causis instituta fuisse illa certamina memorant, sed ob insepultum Melicertam cū in Isthmum appulisset. ferunt enim Corinthiorum agrum famem inuasisse atque responsum fuisse Corinthiis non prius malum cessaturum, quam honorarent per certamina Melicertam: cui dictum fuit apium planta funebris. Deinde illata fuit pinus ob affinitatem cum mari, quia sterilis sit, ut litus maris. alii instituta à Sisypho dixerunt ob affinitatem, quam cum illo habebat. fuerunt & alia ludorum genera apud Græcos, ut apud Athenienses Hydraphoria, Delphinium Pythæ, fuerunt & alia alibi præmia victoribus, ut phialæ argenteæ in Sicione in Pythiis. in Pellene vrbe Achæi præmiū erat vestis in Theoxeniis, vel, ut alii maluerunt, vocatis Mercurialibus. in Argina Acacibus præmiū fuit dithyramborum poetis, qui præclarius in Dionysium cecinissent; quod certamen dictum fuit Amphorites. quæ, quoniam non erant valde illustria, ratioque de his mentio fit a scriptoribus, superioribus abunde ut arbitror explicatis, in præsentī omitemus. nunc reliqua ad institutum opus pertinentia persequamur.

De Mercurio.

Cap. V.

Mercurium omnium Deorum antiquorum vigilantissimum, ac maxime negotiis implicatum; quippe quem neque per noctem quidem dormire negotiorum multitudo pateretur, Iouis & Maie Atlantis filium nisse scribit ita Hesiodus in Theogonia;

Ἰὼν δ' ὅς ἐκ Ἀτλαντὶ πατρὸς τὴν καὶ Περσεφόνει,
κίπυλ' ἀνέκτετο, ἰππὸς δ' ἄγχι Νηαιάδεσσαν.

E Ioue Mercurius, Nymphaque Atlantide cretus.

Est præco superum: compressit Iupiter illam.

Sic & Orpheus & Homerus in hymnis tradiderunt, à quibus præclare Virgilius, ea capiens, quæ ad genus Mercurii attinent, illum in Cyllene Arcadiæ montenatum esse inquit in his;

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum culmine fudit.

At Pausanias in Beoticis non procul à Tanagris in monte vocato Cerycio Mercurium natum esse scribit. Hunc educatum fuisse in Cyllene monte præterea testatus est Didymus his verbis; *Ἐπὶ τῇ δὲ Κερυκίδι Μοῦσῃ τῇ ἐκ Περσεφόνει καὶ Ἰωὶ φῶς.* Mercurius in Cyllenio Arcadiæ monte educatus. Hunc educatum fuisse inquit sub arbore portulacæ, quæ andrachne dicta est à Græcis, quare illi fuit consecrata. Scripsit Paus. in Arcadicis ex antiquo Arcadum sermone Mercurium educatum fuisse non procul ab Alpheo fluviō in civitate quæ Acacesium vocabatur, ab Acaco Lycaonis filio. alii Iunonem lac præbuisse Mercurio putarunt, & per quoddam tempus apud illam nutritum fuisse. At enim plures fuerunt Mercurii ut ait Cicero in libro tertio de na

Ll a tura

Mythologia

tura Deorum in his; Mercurius vnus Cælo patre, Diæ matre natus; cuius obsecratus excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is, qui sub terris habetur, idem Trophonius. Tertius Ioue tertio natus, & Maia, ex quo & Penelopea Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare. Quintus, quem colunt Pheneata, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptiis leges & literas tradidisse. Hic si plures Mercurii existerent, tamen ad vnum Iouis & Maiæ filium omnes cæterorum res gestæ referuntur. Quare & nos quæ propriæ sint singulorum minime solliciti, aut quæ inuenta, vel quæ educationes, quia negotium ob antiquitatem esset omnium difficillimum: vt in cæteris fecimus, ita in hoc institutum nostrum persequemur. scriptum reliquit Lucianus in Dialogo Apollinis & Vulcani, hunc insignem fuisse furem. nam cum paruulus esset infans à Vulcano susceptus instrumenta fabrilis illi surripuit ex officina. Cupidinem eodem die natus palaestra superauit. Veneri, quæ ipsum ob victoriam complexa fuerat, cingulum furatus est. Ioui sceptrum sustulit, fulmen quoque surrepturus nisi vim timuisset flammæ. Hunc Mercurium alatum finxerunt, quem in suasoria Galenus antiquos finxisse inquit pictores & plastas iuuenem formosum sine furo, ac sine aliquo contemptu; vultu hilari, atque acris oculis. Hunc finxerunt antiqui aureæ cithara auribus hominum annexa, mortales quocunque collibisset trahere solitum, sicuti de Hercule dicitur. Multa porro officia Mercurio fuerunt iniuncta, vt testatur Lucianus in dialogo Maiæ & Mercurii; siquidem Deorum cœnaculum verrere solitus dicitur, & sternere curiam Deorum, & Iouis mandata per diem circumferebat, & huc illuc cursitabat, & ante raptum Ganymedem victum Ioui subministrabat, & per noctem mortuorum animas ad inferos deducebat, & modo palaestris, modo concionibus illum adesse oportebat: ita vt nullo tempore posset quiescere. horum negotiorum quandam partem ita attigit Virgilius in quarto Aeneidos;

80
Dixerat; ille patris magni parere parabat
Imperio; & primum pedibus talaria nectit
Aurea; quæ sublimem alis siue æquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virga capit; hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.

Huius simulacrum Aegyptiis partim atra facie, partim aurea & clara confinxere, quia modo ad superos, modo ad inferos adiret; caduceus illi dabatur cum anguib; geminis mare ac scemina scilicet mutuo connexu circinvolutis & concordibus, quorum caudæ demittebantur ad capulum caducæ, qui concordie securitatem significabant. Aiunt præterea hunc eodem die natum boues Admeri Regis pascenæ Apollini surripuisse, & itato eidem ob surtum, sagittasq; in eum iaculari paranti, pharetram euacuasle, vt ait Homerus in his;

10
Editur hic mane, hinc citharam pulsauit: & idem
Surripuit Phæbo vaccas mox sole cadente.

Fabulantur

Fabulantur Batro pastori euidem Mercurium vaccam largitum esse, ut taceret, qui solus furtum illud cognouerac. Deinde cum hominis fidem veller experiri mutatis vestibus, duplici premio pro indicâdo furto proposito inconstantiam ac perfidiam Batro cognouit, eumq; in saxum indicem conuertit, ut ait Oui. lib. 2. Metam. in his carminibus;

At senior postquam est merces geminata: sub illis
Montibus inquit eunt: & erant sub montibus illis.
Risit Atlantiades, & me mihi perfide prodis?
Me mihi prodis? ait, periurâq; pectora vertit
In durum silicem: qui nunc quoq; dicitur index.

10

Hunc Deum postea quia surripuisset amentum, tanquam pastorum Deum coluerunt antiqui, ut asserit Pausan. in Corinthiacis, quem & greges seruare, & augere posse putabant. Quia verò alia permulta furatus esset, habitus est Deus latronum, ut ait Home. in hymnis;

Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀνδρείου τῆς γαίης.
Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀνδρείου τῆς γαίης.
Hunc superos inter post hæc retinebis honorem
Latronum princeps diceris tempus in omne.

Memoria prodidit Zetes hist. 202. chil. 8. Autolycom Laertæ patrem, qui fuit auus Vlyssis omnium propè mortalium pauperrimum artem furandi à Mercurio didicisse; quare dicissimus postea euasit, asunt hunc tam petiitum fuisse latronem, ut cum optimum equum furatus esset, asinum scabie corrosu pro illo restituerit, effeceritque ut eum recipientes minime id sentiret, atque cum alteri pulcherrimam sponfam rapuisset, anum edentulam, mucosam, & larnam propè restituerit: atque in commutandis mercibus eandem seruabat rationem; nam fuerunt qui præstigiatorum artem à Mercurio excogitaram dixerint. Hunc primum fuisse inquit, qui lyram inuenerit, ut ait Paus. in Eliacis prioribus, quam etiam Apollini, cum pax inter illos post furtum orta esset, largitus est, unde lyra quali lytra dicta fuit, præmium scilicet pro redimendis. Erat autem testudo, quæ χελὼν à Græcis vocatur, in hunc modum formata, ut ait Lucianus in dialogo Apolli. & Vulc. cum testudinem mortuam inuenisset, brachia adaptauit, ac iugum induxit, calamosq; postea agglutinans & fundo subiecto quodam, ac nouem deinde chordas super calamis, tanquam ansulis intendens, iucundum quid modulatus est. Id verò cum in monte Cyllene proximo fecisset, mons Chelydorta vocatus fuit, ut ait Paus. in Arcadicis. Atque de hac re ita breuiter meminit Nicander in Alexipharmacis;

30

Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀνδρείου τῆς γαίης.
Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀνδρείου τῆς γαίης.
Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀνδρείου τῆς γαίης.
Muta prius fuerat, vocalem reddidit illam
Mercurius; dempta carne è testudine, fundo
Brachia bina locat, super his chordasq; tenendic.

40

Quod etiam affirmat Home. in hymno in Mercurium eo carmine;

Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀνδρείου τῆς γαίης.
Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀνδρείου τῆς γαίης.

Mercurius prior ipse chelym facit arte canoram.

Primus enim Mercurius tres fidium tonos, acutum, grauem, medium reperisse dicitur. Primus astrorum ac siderum cursus obseruasse, diesq; & annum ad certum

certum

Mythologia.

certum ordinem redelegisse; cum astronomix & philosophix autor Thebanis sacerdotibus extiterit, qui maxime has disciplinas exercuerunt, ut testatur Strabo lib. 17. Geographiæ. Idcirco foras die lunæ quartus Mercurio fuit consecratus, sicut primus & septimus Apollini, octauus Theseo. Eadem de causa inter arcános illos Samothracum Deos Mercurium à Mnasea connumeratum censuerim, quod astrorum cognitio necessaria sit nauigantibus. Scripsit Apollonii enarrator solennia quædam apud Samothraces celebrari solita, quibus siquis fuisset initiatus inter turbulentissimas tempestates seruabatur omnino. Atque Vlyllem initiatum in Samothracia ferunt, sed vita alba pro tenebris usum fuisse: quippe cum initiantes teneas purpureas circa ventrem innexuerint. Erat autem mos initiandi in Cabiris; atque Deorum nomina, quos nominare nefas erat, ista fuerunt; Axioetus, Axiocersa, Axiocersus. Erat autem Axioerus Ceres, Axiocersa Proserpina, Axiocersus Pluto, quibus quartus accedebat Casmilus, qui erat Mercurius, ut scripsit Dionysiodorus. Hic idem Mercurius Deorum immortalium cultus, & sacra prior instituit, hominesque ad humaniorem vitam reuocauit, quare ita cecinit Horat. libro primo Carm.

Mercuri facunde nepos Atlantis
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti, catus & decoræ More palæstræ.
Hunc vnâ cum Hercule palæstritis præfectum esse crediderunt; quia cum prudentissimus existeret, non mediocriter conferre ad palæstram putabatur, quoniam cum viribus vbique coniuncta esse debet prudentia: quæ quoniam multa in explicatione insomniorum requiritur, somnia Mercurio consecrata creduntur, ut in his carminibus videtur testari Apollon. lib. 4. Argonau.

ἄλλ' ἐν δὲ δαίμονις ἐνὶ δὲ καὶ πᾶσι θεοῖς
μύηται ἑκάστ' ἐν φρεσὶ καὶ πᾶσι ἐν ὄντι,
ἔξιστα μάλιστα ὅσα καὶ πᾶσι. ἔπειτα γὰρ οἱ
δαίμονες βέλαι ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις
ἐν δὲ καὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις.
Ast ubi soluerunt illo de litore funem,
Nocturna in mentem veniunt insomniæ: clarum
Ille colit Maia genitum. namq; vbera visus
Est sibi mulgere, & glebam stillantibus albis
E mamma guttis miscere, & lacte rigare.

Quod etiam inquit Home in hymno in ipsum Mercurium composito;

Ἀπὸ τοῦ, ἡλίου τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ τοῦ θεοῦ,
Νύκτις ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις.
Prædonem, furemque bouum, cui somnia certa
Lege parent, seruasque fores, noctemque gubernas.

Aeschylus in Persis ipsum inter terrestres Deos numerauit, quem aduocat cum inferorum Rege, & mortuorum in his;

Ἄλλ' ἔτι καὶ δαίμονες ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις,
Γῆτι, καὶ ἑρμῇ, καὶ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις,
πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις.
Terrestres casti dæmones.
Tellus, Mercuri, & inferum
Rex, in lucem animam remittite.

Neque

Neque credebatur quis posse mori, nisi Mercurius animam hanc diuinitus corpori alligatam, à mortali vinculo soluisset; quare ita scripsit Sophocles in Oedipode in Colono;

Εἴμῃ δ' ὁ πόρπει, ἔτα κερταίη τις.
Hæc enim Mercurius

Dux est mihi, sic inferum ducit Dea :

Quamobrem & Home. lib. 4. Odyss. non potuisse prius procos interire inquit, quàm Mercurius animas ex illorum corporibus euocasset : vt patet ex his;

ἵππεσ' αὖ φυχὰς κἀλλήεσσι ἱεκαλῶντα
ἀδρήν' ἀντ' ἔρει, ἔχ' αὖ ἱεκαλῶντα χερσὶν
χαλκῇ, χρυσῇ, τεύχε' ἀδρήν' ἑμὰ κτα βίαν
εἴς' Ἄλκην, τὰς δ' αὖτε χερσὶν ὑπὸ νύκτις ἑλάνη.

Euocat hic animas Atlantides ipse procorum
Mercurius, manibusq; tenet virgam : euocat orco
Hæc animas, alias sub tristia tartara mittit.
Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat.

At Ouid. fast. libro quinto hunc pacis & belli arbitrum & autorem nuncupauit in his;

Pacis & armorum superis, imisq; Deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter.

Scripsit Philocorus diem festum agi solitum apud Athenienses die decimotertio Iunæ nouembris, quo tempore Choes vocata solennia celebrabantur terrestri Mercurio consecratæ atque morem fuisse, vt ex omnibus generibus semina, vt nomen significat, in olla miscerentur, atque coquerentur ab iis, qui per diluuium fuissent seruati, qui Hydrophoria etiam aliâs agebant. At nemini tamèn ex ea olla gustare licitum erat. Credebatur hic idem Deus animas quæ suum tempus in Elysiis campis expleuissent, lethenq; bibissent, in noua corpora inducere, vt diximus. Huic Deo sacra faciebant quicunq; periculo capitis fuissent liberati, vt ait Pauli in Atticis. Hic Iouis mandato Argum occidit, qui Io in vaccam versam seruabat. Huic statux pro foribus domorum ab antiquis erigebantur, quia fur credebatur ceteros fures coercere, vt ait enarrator Aristophi. Huius filium Pana fuisse scripsit Anytes in his versibus;

Ἰουῖος ὅς πο ἀνέτα τίς πο κερταίη τις
ἀντ' ἔρει, ἔχ' αὖ ἱεκαλῶντα χερσὶν

Mercurium peperit supremus Iupiter, ipse
Pastorem peperit Panaq; Mercurius.

Suscepit Erycem ex Aglauro Cæcropis filia; ex Daira Oceani Eleusinem; Bunū ex Alcidae; & Philodamea Danaï filia Pharim; Polybum & Chthophyla; Myrtilum & Cleobula filia Aeoli; & Nympha Ladonis filia Euanthrum; ex Erythea Geryonis Noracem; Cydonē ex Acacallide; ex Ilsa Nympha Prylim, Lycanem, Cupidinem, Eudorum, Dolopem. Lares, Auctolium, Erytum, Echionem, Acthalidem. Suscepit ex Hieria Gigantem præterea, cuius filia Angelia etiam mentionem fecit Pindarus in Alcimedonte. Multos præterea ex variis mulieribus habuit filios, ne singulos recenseam. Huic Deo vitulus mactabatur, vt ait Ouid. in 4. Metam.

Dijs tribus ille focos totidem de cespite ponit.

Lxxum

Mythologia

*Laureum Mercurio, dextrum tibi bellica virgo;
 Ara Iouis media est. mactatur vacca Minerarum,
 Alipedi vitulus, raurus tibi summe Deorum.
 Erat illi lac & mel præterea offerri solitum, ut in his carminibus scripsit
 Antigonus.*

*Εὐαλκὸς ἱερὸς ὁ Μερκῦριος, δεξιὴ δὲ ἄρῃ
 χαίρει, καὶ ἀπὸ τῆς ἀνδρείου καὶ ἀνδρείου*

Mercurius facillis pastores, munere lactis
 Lactatur: mox & dulcia mella capit.

- 10 Scripsit Callistratus linguas victimarum solitas fuisse, Mercurio in sacris offerri, ut testatur etiam Home. in his: *ἡρώδης δ' ἐν μεγάροις*, linguas in ignes iecerunt. Erat autem ultima pars sacrificiorum & finis cum linguas in igne iacerent, quam consuetudinem primi Megarenenses inieperunt. Nam scriptum reliquit Direchidas in rebus gestis Megarenensium Alcathoum Pelopis filium ob Chryssippi eadem exulem Megaris in altam civitatem habitaturum profugisset: qui cum in leonem Megarenensium agrum vastantem incidisset, ad quem cecidendum & alii a Megarenensium Rege missi fuerant, & illum ipse cecidit, & linguam eius cesam in peram coniecit, ac rursus cum ea Megaram se contulit. Deinde cum dicerent, qui missi fuerant, se leonem occidisse, peram afferens eos arguit mendacii: quare cum Rex pro luctitia Diis sacrificaret, linguam postremam aræ imposuit, atque ita manavit ad posteros consuetudo. Multa cognomina sortitus est Mercurius, ut Dū ceteri, nam Caducator, Deorum nuntius, Enagonius, Dux, Propylæus, Forensis, Polygius, Promachus, Epimelius, Chriophorus, Acacchius, Cyllenius, Ctarus, & quia præesset mercaturæ, quia vendendi & emendi rationem prior ostendisset, cum multa dolose vendantur, hunc Deum Dolium dixerunt. Atque hæc de Mercurio fabulose dicta sunt, nunc veritatem intelligemus. Fuit Mercurius homo singulari ingenio & sapientia, ut commemoravit Lactantius in lib. de Falsa Religione: nam tres tantum numeratos fuisse a Mercurio, trismegisto scribit, in quibus esset summa sapientia, Uranum sive Cælum, Saturnum, mercurium. Hic enim literas invenit, ut ait Zexes hillo. 16. chil. 1. multaque vitæ mortalium commoda excogitavit; quare Iouis & maiæ, cœlestis benignitatis scilicet filius creditus est. Nam quemadmodum humanæ est naturæ semper re aliqua indigere: ita divinæ multis bonis abundare: humanum est semper incommodis vexari, divinum vexatis succurrere; humanum semper a Diis aliquid petere, divinum largiri; humanum accipere, divinum conferre beneficia. ne res fecit ut multi mortaliū Iouis filii & divini homines sint crediti, & in Deorum immortalium numerum relati, quibus templa, altaria, ceremoniæ, proprios sacerdotes antiqui instituerunt. Ego sane ita censeo; antiquos, cum nos ad studium sapientiæ adhererentur, illa de Mercurio confinxisse; nam cum eloquentiæ & orationis quanta vis esset vellent ostendere, dixerunt Mercurium esse nuntium Deorum & hominum, per orationem nimirum Deorum voluntas, & sententia divinarum legum, & recta animorum nostrorum consilia, quæ non nisi auctore Deo proveniunt, explicantur. Inde creditus est etiam cæthæ illi aureæ annexos homines auribus quocunque libuisset attrahere. Hunc latronum, & impostorum, & fraudum Deum putarunt, non solum quia si eloquentia cum malo & flagitioso sit ingenio plurimum obest cæteris hominibus, verum etiam quia illorum
- quibus

quibus planetæ Mercurii natura in ortu dominatur, ingenia sunt ad fortæ,
& ad omne aulicæ genus accommodata. Nam cum siccus & calidus sit pla-
neta, versutus & eloquentes facit homines, & ad omnem calliditatem celer-
rimos; quippè cum planeta ipse Mercurii tot habeat motuum varietates &
terguersiones, quot vix omnes simul reliqui planetæ. Nam modo pro-
cedit, modo retrocedit; modo sublimis est, modo depressus; modo celeri-
mus est, modo stare videtur; ad quam varietatem motuum explicandam nō
amplius ut ceteris circulem motum tantum tradiderunt; verum ad omni
formam, ut seruantur, quæ apparetent, illi tribuere coacti sunt. Ad hu-
ius vel illius igitur velocitatem, vel ingeniorum, quibus dominatur, celeri-
tatem explicandam, illi talia velocia & alata tribuerunt antiqui, quæ il-
lum ferrent una cum ventis; quæ omnia non minus oratori & sapienti, quā
planetae ipsi conveniunt, nam acutissimum & oratione & ingenio ad res co-
lestrime inveniendas & explicandas oratorem esse convenit. Hic planeta
reliquorum naturæ quibus adhæret se accommodat; quia prudentia in omni
fortuna vicissitudine, & in omni amicitia idem facit. Hunc præfe-
cerunt eadem causa palæstræ, ut diximus. Dicitur Argum interemisse, qui
contra Iovis voluntatem Io custodiebat, quia vis illa celestis & ratio, quæ
est in nobis, quam Mercurium putarunt, omnes motus surgentes ex illa ani-
mæ nostræ parte, quæ propensior est ad iram, placat & componit, omnemq;
minus ordinatam animi cogitationem mitigat. hæc pars ubi quiescit, Ar-
gos potest appellari, cum tardus sit ac deses; at eadem ubi excitatur,
centum habet oculos: quia si furorem & impetum iræ sequamur, illiusque
cupiditati obtemperemus, multa committentur adversus humanas leges &
divinas. hanc igitur partem trucidat Mercurius, siue ratio animæ nostræ.
Et quoniam ex ingenio versuto, tanquam ex uberrimo fonte, manat omnis
veritas & copia dicendi; eloquentiæ Deum ipsum Mercurium crediderunt.
Tribuerunt illi potestatem tempestatum, quia sicuti Dii marini crediti sunt
maris tempestates placare, ita turbulentissimarum civitatum discordias &
contentiones vis orationis mitigare consuevit: quæ res fecit ut linguæ mer-
curio, tanquam illi Deo, qui orationis ornamenta & artificium dicendi pri-
mus invenisset, consecrarentur. Nam hunc & literas, & astrorum cursus
primum homines docuisse dictum est, & leges dedisse, quibus homines ad
humanitatem informarentur, & nomina rebus imposuit, & instrumenta mu-
sica excogitavit, & omnia quæ ad doctrinam eruditionemque spectant, in-
venit, quod ita significavit Orpheus in libro de Lapillis, qui cum homines
ad studia adhortaretur, ad speluncam mercurii hortatus est omnium bono-
rum & commodorum plenam;

10

20

30

40

*Et si quis ad speluncam mercurii ducit
At quemcunque virum ducit prudentiæ cordis
Mercurii ingredier speluncam, plurima ubi ille
Deposuit bona, stat quorum prægrandis æcerus,
Ambalus valet hic manibus sibi sumere, & illa
Ferre domum: valet hic vitare in commoda cuncta.*

Mm

Sola

Mythologia.

- Sola enim sapientia rebus omnibus dominatur, quæ neque vllas cœli mutationes, neque fortunæ minas pestimuit. Hunc, quoniam Deorum nuntium putarunt, non solum pro orationis vberitate, aut pro sapientia, quæ voluntatē Deorum indicaret, acceperunt; sed pro illa diuina vi, quæ diuinitus in mentes hominum infunditur, quæque res humanas omnes mirificè in suo ordine componit, & conseruat. Hanc, vbi somnia in mentes hominum infundere opinabantur, Mercurium somniis præesse dixerunt: vbi rerum nascentium ac morientium vicissitudines intuebantur, idque non sine Deorum voluntate fieri putarent, voluntatem illam ac vim diuinam, quæ ad ortum res perduceret, aut humandas, siue ad inferos deduceret, vocarunt Mercurium. ita vt modo sit ratio animæ nostræ, modo ratio & sapientia diuinæ voluntatis, vnde anima nostra defluxit Mercurius appellatus. Hæc autem illi fuerunt tributa, quod is primus mundum à Deo creatum, & nō sine diuina providentia gubernari hanc tam diuersarum rerum mirabilitatem posse conspexisset; omnemque Deorum cultum inter mortales instituisse, vidissetque sine Deorum nutu nullum fieri posse ortum aut interitum. His igitur de causis quia rerum diuinarum cognitionem ad nos derulisset Deorum nuntius creditus est. quod rationem ortus & interitus diuinitus fieri docuisset, dicitur cum Plutone & cum Ioue collocutus fuisse, earumque legum arcana hominibus explicasse, quare animabus mortuorum illum ducem arbitrati sunt, cum alias ad inferos, alias in corpora reduceret. ac de Mercurio satis, nunc de Pane dicamus.

De Pane.

Cap. V 1.

- P**An vero, quem pastorum, venatorumque Deum, & vniuersæ vitæ rusticæ præsidem crediderunt antiqui, cuius filius fuerit, non satis constat; quippe cum varius eius ortus à diuersis scriptoribus tradatur. scriptum reliquit Homerus in hymnis Pana fuisse Mercurii filium, & bicornem, & capripedem in his;

*Ἀχιλλεύς ἰππῶν κλέος πόσις ἄρτων ποταῖα,
Ἀχιλλεύς, ἀχιλλεύς, ἀχιλλεύς.*

Dicite Mercurii mihi prolem, dicite Musæ.

Capripedem, canrus & amicam, deinde bicornem.

- Dixit autem Sanius in eo libro, quem scripsit de Agathocle, Penelopen cū omnibus procis rem habuisse scripsit, è quorum congressu Pana inquit natū fuisse. Epimenides verò poeta Pana & Arcadem geminos è congressu Iouis & Callistis natos fuisse sensit; cum tamen Aristippus Pana è Ioue & Nympha Oeneide procreatum fuisse maluerit. Alii Penelopes & Vlyssis filium putarunt, alii ex æthere & Oeneide siue Nereide natum inquirunt; Achaus poeta è Cœlo & Terra: nō desuerunt qui Iouis & Hybreos siue iniuriæ, vt testatur Isacius. Herodotus in Euterpe Penelopes & Mercurii filium fuisse scripsit, vt est in his; *Πάνος δὲ τῷ ἱερῷ ἔστιν ὄνομα. Ἐκ τούτου γὰρ ἀνιέρχεται ἡ μὴτις τῶν ἀνθρώπων ὁ Πάνος. Πάνος γὰρ Πηνελόπης.* Ex hac enim & Mercurio Pan natus esse dicitur à grecis. Qui Penelopes & Mercurii filium tradiderūt illi Penelopen in Taygeto monte armenta patris Icarii custodientem à Mercurio conspectam & amatam fuisse inquirunt, qua cum alio modo se non potiri posse speraret, in hircum pulcherrimum vertitur, cuius illa capta vel amore